Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

rote sequentes ea. qa spis ubi erat
impetus. Et similitudo super capita a
animalium firmamentum qui aspectus cri
stalli horribilis. et extentum super capu
ta eorum desuper. Hec dicit feria sexta.
Sub firmamento autem pennae
eorum erecte alterius ad alteram. Unus
quoque duabus alis velabat corpora
sua. et alterum similiter velabat. Et
audiebam sonum alarum. qui sonum
aquarum multarum. qui sonus sublimis di.
Cum ambularent qui sonus erat
multitudinis ut sonus castrorum.
Quoque starent demittebant pen
nae eorum. Nam cum fieret vox su
pra firmamentum quod erat super caput
eorum stabant et submittebant alas
suas. Et super firmamentum quod erat
imminens capiti eorum quasi aspectus
lapidis saphiri similitudo throni. et
super similitudinem throni similitudo
aspectus hominis desuper. Et vidi qui
speciem eleni velut aspectum ig
nis mutuicus eius procedentem a lu
bris eius et desuper. Et a lumbis eius
usque deorsum vidi quasi speciem igis
splendentis in circuitu. velut aspec
tum arcus cum fuerit in nube in die
pluviae. Hic erat aspectus splendo
ris per gyrum. Hec visio similitudi
nis gloriae domini. Et vidi et cecidi
in facies meam. Et audivi vocem
loquentis et dixit ad me. fili hominis
sta super pedes tuos et loquar tecum.
Et ingressus est in me spiritus postquam
locutus est mihi et statuit me super
pedes meos. Hec dicit feria tertia.
Et audivi loquentem ad me et di
centem. fili hominis mitto
ego te ad filios israel. ad gentes apostata
tes quae recesserunt a me. Ipsi et
patres eorum prevaricati sunt usque ad
ipsum diem hanc. et filii duri cor
dis et in durabili corde sunt. ad quos
ego mitto te et dices ad eos. Hec di
cit dominus deus. si forte vel ipsi audiant
et si forte quiescant quoniam domus
exasperans est. et sciant quia propheta
fuerit in medio eorum. Tu ergo fili homi
nis ne timeas eos. neque sermones eorum
metuas. quoniam incredulii et subversi
tes sunt vobiscum et cum scorpionibus
habitas. Verbaque eorum ne timeas et vul
tus eorum ne formides. quia domus
exasperans est. Loquens ergo verba mea
ad eos si forte audiant et quiescant quo
niam irritatores sunt. Tu autem fili
hominis audi quaeque loquar ad te
et noli esse exasperans. sicut domus
exasperans est. Aperi os tuum et comede
quaeque ego do tibi. Et vidi et ecce ma
nus missa ad me in qua erat volumen
libri. et expandit illum coram me qui
erat scriptus intus et foris et scripti erat
in eo lamentationes carmen et ve. Et
dixit ad me. fili hominis quaeque in
venis comede. Comede volumen hoc
et vadens loquere ad filios israel. Et aperi
ui os meum et cibavit me volumine
illo. Et dixit ad me. fili hominis ventrem
tuum comedet et viscera tua compleb
untur volumine isto quod ego do tibi.
Et comedi illud et factum est in ore meo sicut
mel dulce. Et dixit ad me fili ho
minis vade et ingredere ad domum israel
et loquere verba mea ad eos. feria quarta.
Non enim ad populum profundi sermo
nis et ignotae linguae quorum
non possis audire sermones. Et si ad
illos mittaris ipsi audirent te. do
mus autem israel nolunt audire te
quia nolunt audire me. omnis